

2109

## LITURGICI.

2110

tuit, et non solum apostolorum et martirum sed etiam sancte trinitatis et omnium angelorum &c. No-

Qui me finiuit Vlricus

Hoc briuiarium est domini (nomen era sum, lego tamen) *Gottardi Veri plebani in S. Veito. Et est finitus ab incarnatione domini Millesimo Tricentesimo Sexagesimo quarto Per manus Vlrici quondam Notarij Johannis Ciuis uoue Ciuitatis.*

DCCCLXIX.

U. 371 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 474. 4. priore parte luculento, parte altera minore, sed utroque nitido caractere perscriptus, et rubricis illustratus *Breviarium* est, quod officium Chori per anni decursum hoc ordine complectitur. *Calendarium*, quod e Sanctorum nominibus ad *Germaniam*, et e miniata ad diem 3. *Aug. Inuencione S. Stephani protomartiris*, sequentique *Translatione S. Ualentini* ad Dioecesin *Patauiensem* referas, *Psalmodiam de Tempore*, *Litanias OO. SS. Indigetibus Germaniae* refertas, *Hymnarium* multa exoleta continens, *Vigilias Mortuorum* maiores et minores, *Proprium Festorum Domini et Sanctorum* a *Pentecoste* usque ad *Aduentum*, unde patet Codicem hunc non nisi dimidium esse totius *Breviarii*, demum *Lectionarium Biblicum*, et *Officium de SS. commune*. Atque ex hac ferie liquet, quantum hodie-

ta *Gregorium* *quintus* *minorem*.  
Ad calcem:

paucula sciuit.

na *Officii sacri* dispositione molestae dicendorum conquisitioni paratur.

DCCCLXX.

Codex membraneus lat. Sec. R. 9 XIV. Folior. 119. f. caractere atro, crasso luculente perscriptus duabus columnis, minioque distinctus *Liturgicus* est, pertinens olim ad *Ecclesiam cath. Strigoniensem* in *Hungaria*. Init a *Calendario* miniatorum *Festorum* perquam ferace, et multorum sacrorum *Hominum* ejus *Ecclesiae* diebus emortalibus a diversa manu usque ad Sec. XVI. notato, additis etiam quorundam piis *Legatis*. Hos inter 1. *Febr. obitus Dionysii de Zecz, Card. Archiep. 1465. 20. ejusd. Demetrii SS. quatuor Coronator. Card. Archiep. 1387. 30. Maji Johannis Archiep. 1418. 1. Jul. Nicolai de Themesswar Cantoris, Praep. de Castro Strigon. et Auditoris Cauffar. Concilii Basil. 1457. 8. Aug. Johannis Archiep. 1472. 11. Sept. Lodovici Regis 1382. 1. Dec. Thomae Archiep. 1375. Atque ultimum istud eadem manu, qua *Codex* ipse, scriptum est, unde totus ad illum annum revocandus. Ceteri *Praepositi, Canonici, Praebendarii* sunt. *Calendarium* excipit *Benedictio Salis et Aquae, Capitulare**

X 3

3